

LIBER SECVNDVS. 76

tionis copiã, & illi uulgares amplificãdi modi, cum uel aduerbijs, uel noïbus, uel alijs partibus adpositis amplificamus, uel in laudẽ uel in uituperiũ. Maiorem in modum me Cicero delectat. Dicit non potest quã tibi faueat focer. Verbis cõsequi nequeam q̃ me delectet Cicero. Verum de his augendi rationibus superius diximus.

Notus & usitatus est & ille modus amplificãdi, cũ speciem augemus generi collatã. Ut cum oēs disciplinæ liberales plurimum homini conciliant uel ornamentis, uel commodis, tum in primis eloquentia. Quã hanc quoq; rationem superius attigimus.

Decima dilatandi ratio.

Decima dilatandi ratio inde sumitur, ut q̃ maximũ propositionũ numerũ reperiamus. Est autẽ propositio rhetorica, cui probandæ adhibentur argumẽta. Porro quẽadmodũ inuenienda sit propositio, Fabius negat arte cõprehẽdi posse, cæterũ ingenio atq; usu cõstat ea facultas. Atq; inde fit, ut cũ plures eadẽ didicerint, generibus argumentorum similibus utantur, alius tamẽ alio plura quibus utatur inueniat. Sumuntur autẽ propositiones partim ex his quæ sunt uulgaria, partim ex his quæ sunt propria causse. Exẽplũ sit, hoc, quod placuit Quintiliano, cũ Thebas euertisset Alexãder, inuenit tabulas, quibus centũ talenta mutuo Thessalis dedisse Thebanos continebatur. Eas tabulas, quod esset usus cõmilitio Thessalorum, donauit his ultrò. Postea restituti à Casandro reposcũt Thebani Thessalos. Res apud Amphionas agitur. Centum talenta & credidisse eos con-

K 4 stat,